Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31254
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

ribilis. Erat vero mons hinc et
inde prefatis ad puniendum
animas tortoribus plenus. ita
ut nullus transitus transire
volentibus apparet tutus. Ipsi
quoque prefati tortores furcas habe
bant ferreas ignitas. et acutis
simos tridentes preparatos qui
bus iugulabant animas transire
volentes et trahebant ad penas.
Usque miserę longius involutę
penas luerent in parte sulphu
ris predictis instrumentis iugu
late proiciebantur. in parte nivis.
Et versa vice de medio grandi
nis. proiciebantur in flamma ignis.
His visis admodum illa dum
metuebat. dixit ad angelum qui
eam precedebat. Rogo domine dum pa
ratas insidias ad interniciem meam
apte video iter istud arripere
quomodo valebo? Respondit ei. No
li timere. sed me sequere aut prece
de. Et tunc precessit angelus. et
illa sequebatur sicut prius.
Sed illis
pre timore pedetentim per
gentibus venerunt ad val
lem valde profundam putridam
nimis ac tenebrosam. Cuius profun
ditatem ipsa quidem anima videre non
poterat. sonitum autem sulphurei
fluminis. et ululatus multitu
dinis in imis patientis audire
volebat. Fumus vero de sulphure.
et de cavernis sursum insurge
bat fetidus. qui omnes superabat pe
nas quas viderat prius. Tabula

autem longissima ab uno monte
in alium in modum pontis se super
vallem extenderat. qui mille
passus in longitudine. in latitu
dine vero unius pedis mensuram
habebat. Quem pontem nisi electus.
nemo poterat transire. De quo
vidit multos cadere. neminem
autem preter presbiterum unum illesum pertran
sire. Erat autem ille presbiter peregri
nus portans palmam et indutus
sclavino. et ante omnes intrepidus.
pertransiebat primus. Tunc illa
anima videns artam semitam
et subtus se precipitium cognoscens
interitum. dixit ad angelum.
Heu michi miserę. quis me libe
rabit inquit de itinere mor
tis huius. Ille autem hylari vul
tu eam respiciens. respondit dicens.
Ne timeas ab ista quidem libera
beris. sed post hanc aliam patieris.
Et precedens tenuit eam. et ultra
pontem duxit illesam. Et post
transitum pravi itineris qua
si secura dixit ad angelum anima
leta. Obsecro domine si placet in
dica michi quarum animarum sunt ista
quę vidimus modo tormenta?
Et angelus ad eam. Ista vallis val
de horribilis. locus est superborum
mons vero putridus atque sul
phureus pena est insidiatorum. Et
adiunxit. Eamus donec ad alia
his incomparabilia pervenimus.
Precedente
autem angelo profecti sunt.
per longam ac tortuosam viam